



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XXVIII. De Absolutione Sacramentali extrà periculum vel
Articulu[m] mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

autem in forma Pœnitentiæ, ac proinde sufficit ut in ista utamur verbis sufficienter indicantibus absolutionem à peccatis, sive per Verbum *absolvo* sive per aliud quod idem significat, designando explicitè Personam Pœnitentis, neq; invalidam reddet formam Sacramenti Pœnitentis: omissio invocationis Sanctiss. Trinitatis, quia (ut supra dictum) in ejusdè institutione à CHRISTO expressa non est.

QUÆSTIO XXVIII.

De Absolutione Sacramentali extrâ periculum vel Articulum mortis.

Vicar. **E**stnè aliquando absolutio Pœnitenti deneganda aut saltèm differenda?

Sa. Est: & quidem deneganda, si v. g. statum aut occasionē proximam peccati relinquere, aut injunctam discretam Pœnitentiam exequi, vel inimicis nolit reconciliari &c. differenda verò (*conformiter ad alibi dicta*) si Pœ-

R 4 ni-

Handwritten text on the flyleaf, including the word "Handwritten" and other illegible script.

nitens ad effectum Sacramenti confe-
quendum non sit sufficienrer dispo-
situs, ut si de plurimis & gravissimis
peccatis à se in Confessione declaratis
parùm aut vix dolere se demonstrat,
vel quando in eadem peccata sæpius
ex prava quadam habitudine delap-
sus, non satis firmum emendationis
propositum ostendit, nec adhuc ul-
lum ad ejusmodi peccata devitanda
conatum adhibuit in his enim & simi-
libus casibus Pœnitenti saluberrimum
erit, si per aliquot dies absolutio diffe-
ratur, ac interim aliqua pietatis exer-
citiâ inolitæ peccatorum consuetudi-
ni opposita, eorumq; radicibus evel-
lendis apta injungantur.

V. Ergo recidivantes non absolves?

S. Si sufficienter contritos vel atritos
advertero cum proposito efficaci dein-
ceps peccata vitandi, ac seriò curandi
benè vivere absolvam, estò mihi per-
suaderem illos relapsuros.

V. Ex dictis tuis concludo, quod ijs
qui

qui domi occasionem peccati mortalis fovent (ut sunt *Concubinarij &c.*) vel conversationem periculosam habent eamq; non deserunt, absolutionem denegabis,

S. Denegabo tamdiu, quamdiu non promiserint veraciter se hujusmodi occasionem ac conversationem deserre velle, atq; imploratō DEI auxiliō ab invicem honestē & prudenter separare, observabo itaq; ea, quæ expressa sunt in Decreto *Alexandri VII.* in lucem dato An. 1666. 18. Martij.

V. Scio quōd in illo Decreto præceperit Pontifex, obligandum esse Concubinarium ad ejiciendam Concubinam, sed quæro an saltem primâ vice sis daturus absolutionem Concubinario, etiamsi Concubinam de facto non ejecerit, paratus sit nihilominus ejicere.

S. Si cum hoc proposito mihi apparuerit verè contritus, & consequenter advertero non esse periculum recidivandi, dabo: Observo autem hîc illud

R s

quod

quod consulit *Diana* videlicet non esse absolvendum passim Concubinarium, qui semel in Anno solet confiteri, eumq; servat modum, quò ad aliquod dies Concubinam ejiciat, cum intentione tamen post Pascha illam reassumendi, nisi verè constaret ejecisse cum firmo proposito deinceps illam non revocandi.

V. Placet id quod apposuísti: volo autem audire, an possint dari aliquæ Causæ legitimæ, ob quas excusetur Concubinarius ab ejicienda statim Concubina, adeoq; ad interim licitè possit absolvi?

S. Adfert *Sancius* tres præcipuas causas, quarum *Prima* est: si subita ejectio esset causa damni notabilis, ut si Concubinarius deberet à Concubina exigere notabilem pecuniæ summam, quam tamen amitteret, neq; ultra omnino spem recuperandi haberet, si eam statim ejiceret, & hanc causam adducit *Alloza* ex eodem *Sancio Diss. 10. n.*

4. ad-

4. adjectâ ratione, quia nemo tenetur
occasionem etiam proximam peccan-
di deferere, cum gravi damno sui vel
alterius (hoc applicari potest cum ea-
dem ratione Concubinæ respectu Cõ-
cubinarij) *Secunda*: si Concubina sit
valde utilis Concubinario ejusq; fami-
liæ pro habenda honesta sustentatio-
ne: *Tertia*: si Concubinario adeò ne-
cessarius sit Concubinæ famulatus, ut
ipsâ ejectâ nulla alia sic apta inveniri
possit, quæ suis infirmitatibus ac ne-
cessitatibus valeat idoneè inservire;
addunt aliqui etiam hanc causam, si
videlicet subita ejectio esse non posset
absq; magna infamia Concubinarij:
sed intervenientibus etiam his causis
vel aliqua earum non absolvam Con-
cubinarium antequam Concubinam
ejiciat, nisi accedant sequentia: scili-
cet verus dolor de peccatis præteritis:
item firmum propositum non peccan-
di in futurum cum DEI auxilio, etiam-
si cum Persona cum qua peccare con-

R 6. su-

fuevit in proxima occasione reperiretur; *item* promissio de vitandis omnibus & singulis adminiculis, incentivis, & occasionibus proximioribus ad peccandum, non conveniendo solitariè cum Concubina &c. stantibus enim his conditionibus in præfatis causis non esset dicendus Concubinarius esse in proxima occasione peccandi *formaliter*, sed in occasione proxima solum *materialiter*, quæ non semper est culpabilis & peccaminosa, sed tunc tantum quando est omninò voluntaria seu à prava voluntate descendens, per nullam causam legitimam excusabilis; atq; ita occasio proxima materialiter (*ut cohabitatio*) in qua stantibus præfatis esset Concubinarius fieret solum remota occasio, Peccator autem persistens in occasione remota cum proposito de cætero non peccandi potest absolvi *ergo &c. S.M.A.* *de Penit. Diss. 32. Sect. 2. Bonac. de Matrim. Q. 4. Rodrig. in Sum. T. 1. c. 49. Navar. & alij.* U. Ob.

V. Observabis absq; dubio hîc etiam posse absolvi Pœnitentes qui nequeunt relinquere proximã occasionem peccandi, modò hîc & nunc habeant verum ac firmum propositum cum DEI adjutorio non committendi tale peccatum.

S. Omninò: nam firmum propositum de vitando peccato, aufert obicem, ita ut possit acquiri absolutionis effectus.

V. Quæro, quas pœnas incurrant Concubinarij?

S. Loquendo de Concubinarijs Laicis si post trinam monitionem Concubina non dimiserint ex Decr. S. Conc. Trid. sunt excommunicandi, quòd si per annum Censuris neglectis in Concubinato perseveraverint, arbitriò Episcopi sunt puniendi: Concubina verò ex eodem Sac. Conc. post trinam monitionem si non paruerint, sive conjugata sint sive soluta possunt ab Ordinarijs extra Oppidum vel Urbem & Diœcesim ejici: loquendo autem de
Cle.

Clericis juxta idem Sac. Conc. suspensendi sunt, & post primam monitionem privandi tertia parte fructuum ac pensionum (si Beneficiati fuerint) applicanda Ecclesie aut alteri pio loco arbitrio Episcopi, quòd si neq; post secundam paruerint, omnibus fructibus, si demum neq; post tertiam, perpetuò privandi sunt dignitatibus, Officijs & Beneficijs.

U. Putasne quòd validè Confessionem excipere possit Concubinariùs Confessor suæ Concubinæ occultæ?

S. Lego apud *Dianam* P. 5. Tract. 14. resol. 109. *Sancium Disp. 11.* validè à Confessario suam Concubinam absolvi, modò in utroq; sit efficax propositum non recidivandi, nec adsit in Confessione periculum alicujus incontinentiæ, maximè quando excipitur ejus Confessio propterea, nè uterque diffametur; nec obstat *Decretum Celsini*, nam præfati DD. contendunt de hoc asserentes tale Decretum fuisse

re-

revocatum à Bonifacio Octavo, & ulterius dicunt per illud Decretum prohiberi, nè Confessarius commisceatur seu peccet cum fœmina cujus Confessionem excepit, non autem prohibetur nè Confessionem illius cum qua peccavit excipiat, intervenientibus præfatis, & maxime urgente necessitate jam expressâ.

U. Transeamus ad alia: Quæro quomodo absolvendus sit Pœnitens qui positivè dubitat an verè peccaverit?

S. Si Pœnitens accesserit hærens positivè dubius in multis an peccaverit (prout frequenter accidere solet) iudico dandam esse à talibus peccatis absolutionem conditionalem: videlicet: *si vera peccata habes, ego te absolvo in nomine &c.* Adverto etiam hîc (conformiter ad alibi dicta) quòd Confessarius præsertim in simplicium Confessione aliquam materiam Confessionis invenire, vel saltèm antiquam eruere debeat, ut otiosum verbum, vel quid

quid simile ad impendendam absolutionem.

U. Esetnè deneganda absolutio peccati
tenti peccatum reticenti quod tamen
Confessarius extra Confessionem scit
ipsum perpetrâsse?

S. Recordor me circa hanc reticenti-
am in Confessione Sacramentali alibi
interrogatum fuisse, nunc itaq; iterum
dico, quando Confessarius certitudi-
nali evidentiâ novit extra Confessio-
nem peccatum aliquod à pœnitente
commissum, quod etiam in ipsa Con-
fessione postulatus reticet & insuper
certò scit nulli alteri confessum fuisse
post admissum huiusmodi peccatum,
in tali Casu non debet illum absolve-
re, nam Sacrilegium comitteret con-
ferens indigno absolutionem.

U. Videtur mihi circa hoc proceden-
dum esse limitatè.

S. Idipsum existimo & ego, nam si in-
vincibiliter obliviosus talis peccati
dignosceretur posset absolvi.

U. Sed

U. Sed quomodo relucebit, aut adverte-
tetur hæc invincibilis ignorantia vel
oblivio.

S. Relucebit utique si revocatis ipsi in
mentem occasionibus talis peccati,
item factâ interrogatione an aliquan-
do talis peccati Confessionem fecerit
alteri ipse post adhibitam aliqualem
diligentiam respondeat, se nullo mo-
dô hujusmodi peccatum perpetrâsse,
neq; aliquo ejus menti occurrere, sic
enim relinquendus esset in sua bona
fide cum obligatione ex parte Confes-
sarij adsuadendum illi, ut de tali pecca-
to conteratur casu quo illud perpe-
trâisset.

U. Quid si demonstraret se renitentem
in ordine ad dolendum de tali peccato
sub conditione?

S. Esset signum dolosæ reticentiæ ejus-
dem peccati.

U. Absq; dubio tamen dicis obligatum
esse Confessarium absolutionem dare
petenti quando ipsum interrogat de
ali-

aliquo peccato quod solum ex auditu
vel probabilibus signis novit fuisse
commissum, & ipse ex postulatus ne-
gat in Confessione se tale scelus pe-
petrasse.

S. Omnino dico ejusmodi pœnitentem
debere absolvi, quia in hoc foro cre-
dendum est pœnitenti tam pro se quam
contra se, & quia facile contingere
potuit, quod tale delictum alteri Con-
fessario confessus fuerit, unde judico
advertendum esse ne in tali Casu Con-
fessarius nimis curiosè interrogando
affligat pœnitentem.

U. Non mihi imaginor quod aliquan-
do sis absoluturus pœnitentem à pec-
catis sub conditione de futuro.

S. Nunquam: scio enim sic absolven-
tem peccare mortaliter, & absolutio-
nem esse nullam.

U. Etiamne sic sentis de absolutione
ab excommunicatione?

S. Non, quia hoc cum immediate &
per se non infundat gratiam potest uti-

que

que sub conditione de futuro imperti-
ri, secus dicendum est de forma abso-
lutionis Sacramentalis seu Sacramenti
quod immediatè gratiam infundit. Ità-
que cùm forma Sacramentalis valida
sit signum certum & infallibile effec-
tùs Sacramentalis, tale autem signum
non sit forma data sub conditione de
futuro contingenti, propterea sic da-
ta nulla est.

U. Unde colligis formam tunc quan-
do profertur non esse certum signum
effectùs Sacramentalis?

S. Ex eo quia propositio conditionalis
non facit certitudinem nisi adimpletâ
conditione, atq; conditio si est futura
contingens non est impleta dum for-
ma profertur ut si diceret v. g. Confes-
sarius, *Ego te absolvo si restitueris rem
malè ablatam*, ergo forma tunc sub
conditione de futuro, sive cum illa
propositione conditionalis non esset
certum signum effectùs Sacramentalis:
& nunquid pœnitens antequam adim-
ple-

pleretur talis conditio posset mori, ve
 Minister suam intentionem retractare
 U. Sed ponamus casum, quòd in tem
 pore intermedio Minister non retrao
 taret intentionem, neq; pœnitens mo
 reretur, saltèm in tali Casu adimpleti
 conditione esset valida absolutio.
 S. Minimè, quia forma Sacramenti,
 specialiter pœnitentiæ, debet esse certa
 efficax & determinata, si autem de
 penderet à Conditione de futuro con
 tingenti incerto non posset esse talis,
 etiamsi ergo adimpleretur conditio,
 quia tamen talis adimpletio utpote in
 contingens & incerta non posset red
 dere formam Sacramentalem certam
 & efficacem, idcirco cum tali condi
 tione forma esset nulla, & Sacerdos sic
 absolvens, quia Sacramento injuriam
 faceret, gravissimè peccaret. Insupet
 accidere posset quòd Pœnitens in tem
 pore intermedio non solùm posset mo
 ri sed etiam peccare & sic impediretur
 effectus absolutionis.

U. Cur

V. Cur quaeso dixisti *by forma Sacramenti specialiter Penitentia.*

S. Propterea quia plurimi Theologi non difficultantur concedere quòd Sacramentum Matrimonij possit perfici sub conditione de futuro contingenti, dicentes multa sufficere posse in hoc Sacramento quæ in alijs non sufficiunt: nam forma Sacramenti Pœnitentiæ non potest fieri scriptò, & nutibus &c. potest autem sic haberi & fieri in Sacramento Matrimonij.

V. Ergo adesse debet conditio de præfenti, ut reddatur forma valida.

S. Ità est: dicendum proinde erit *absolvo te si habes propositum satisfaciendi vel restituendi*, alioquin sinè tali proposito, quod dicitur votum de præfenti, Sacramentum non habebit valorem.

V. Poterit autem contingere quòd pœnitens morte præveniatur antequam actu restituat, vel satisfaciat.

S. Contingat mori, nihilominus Sacramentum suum habebit effectum, &
pœ-

pœnitens erit in via salutis, quia habuit votum satisfaciendi & restituendi, quàmvis propter impotentiam inculpabilem actu non restituerit vel satisfecerit: quare qui scripsit quòd *remittatur peccatum nisi restituatur ablatum*, sic intelligendus est, nisi restituatur ablatum vel *in re* vel *in voto*: notanter etiam dico propter impotentiam inculpabilem, quia talis in præsentia debet supponi.

V. Absolvendus né etiam esset ille, qui cum posset totum restituere, non vult tamen satisfacere nisi per partes.

S. Respondet *Alloza* cum *Mollin. de l. stit. & Jure Tract. 2. dub. 756.* probabilius negativè, ideò quia iniquè detinet alienum invito Dominò, aut cum placeat contrarium etiam alijs estò minus probabiliter, existimo ejusmodi pœnitenti cum tali voluntate non esse denegandam absolutionem: similiter qui sæpe admonitus fuit ut restitueret & non restituit, habet tamen animum
quàm

quàm primùm restituendi si verè pœniteat se non restituisse, absolvi potest.

U. Occurrit adhuc dubium circa absolutionem cõditionatam suprà tactam, an videlicet data absolutio sub conditione de futuro certo & quidem ità, ut absolvens non intendat suspendere valorem Sacramenti usq; ad eventum illius quod supponitur certò futurum, an inquam tunc esset valida?

S. Speculativorum Theologorum est hoc dubium, cuj⁹ resolutio etiam speculanti facilè patebit.

U. Dixerat mihi quidam Pœnitens se audisse, quòd verè contrito, & plenariam Indulgentiam consecuto non sit danda absolutio ex hac Causa, quia foret frustranea, cùm jam per Contritionem ablata fuerit culpa, & per Indulgentiam pœna remissa, quid tibi videtur?

S. Hæc opinio mihi videtur omninò improbabilis, nam juxta communem Theo-

Theologorum Sententiam licet absolutio Sacramentalis ordinetur immediate & principaliter ad gratiæ infusionem nihilominus dicendum est, quod si illam inveniatur jam per contritionem præcedentem in anima Pœnitenti eandem augeat, adeoque frustranea non sit, sed omnino danda, imò fieret injuria Pœnitenti, siquidem (ut docetur communiter) hujusmodi absolutio Sacramentalis conducit etiam peccatori contrito ex quo arcet proclivitatem ad peccandum.

U. Sit verum quod dixisti, suppono autem quod absolutio extra periculum vel articulum mortis data ab excommunicato vel suspenso non sit valida.

S. Si absolvens fuerit notorie excommunicatus nempe per Sententiam, vel si publicè manus violentas injecisset in Clericum, ita ut nullâ possit tergiversatione cœlari, illius absolutio absque dubio erit in valida prout lego in *Extrav. Martini V. Incip. Ad evitanda*

Scam.

Scandala; aliter autem sentio de Confessario excommunicato occultè: licet enim excommunicatus occultè peccet absolvendo, adhuc tamen ipsius absolutio est valida.

U. Quâ ratione?

S. Quia Ecclesia pia Mater tunc tribuit Jurisdictionem, supleno defectum illius propter existimationē cōmunem.

U. Ergo ad validitatem absolutionis sufficiet, si Confessarius habeat Titulum coloratum cum communi errore.

S. Prout alibi respondi & nunc dico quòd sufficiet, unde si Parochus fuit privatus occultè titulo suo, vel si ejus provisio fuit nulla, ob defectū aliquem occultum v. g. ob irregularitatem vel Censuram, valida erit ejus absolutio, sicut & confessio ipsi facta, nec est iteranda, etiam si postea declaretur Confessarius Jurisdictione privatus: & hîc iterum adverto cū quibusdam DD. quos citat Sanchez quòd ad validitatem Confessionis seu Sacramenti

S

Pœ.

Pœnitentiæ sufficiat communis error
etiam cum titulo colorato, ut si v. g.
quispiam falsas Approbationis litteras
confinxisset, & à Parocho expositus
fuiisset, vel etiam se ipsum publicè
audiendas Confessiones exposuisset.

vid. Layman. Tomo 3. Tract. 4. Q. 26.
V. Quid sentis de absolutione data
Confessario, qui propter distractio-
nem vel somnum non audivit omnia
peccata.

S. Si hoc contingat absq; culpa Pœni-
tentis, Confessio fructuosa est & vali-
da absolutio, nec repetenda. *Layman.*
in Theol. mor. lib. 4. Tract. 6. c. 9. num. 1.
qui etiam docet quòd si Confessarius
nec in communi & confusè recordare-
tur statûs pœnitentis estò graviter pec-
caret, tamen validè absolveret, adeo-
que reiteranda non esset absolutio
Alloza ex eodem Disp. 5. Sect. 1.

V. Occurrit dubium circa Confessari-
um Religiosum: an videlicet validè
absolveret pœnitentem sacularem ab

Epi-

Episcopo quidem ad audiendas Confessiones approbatus, habens nihilominus interdictum à suo Superiore præcipiente nè Sacramentum Pœnitentiæ administret.

S. Quòd validè absolveret regulariter loquendo est communis DD. Sententia, graviter tamen peccaret, & puniri deberet, utpote in re gravi votum obedientiæ violans, per quod adeò fit alterius Juris, ut non amplius ipse habeat velle neq; nolle.

V. Quare interposuisti *ly regulariter loquendo*?

S. Ideo quia de Jure verum est, quòd Confessiones factæ Regularibus non approbatis à suis Superioribus, approbatis tamen ab Episcopo loci sint validæ, siquidem in tali Casu haberetur totum quòd necessariò requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ; nempe Potestas Ordinis & Jurisdictionis: præterquam quòd Concil. Trident. mentionem non faciat alterius approbati-

§ 2. onis

onis quàm illius quæ est ab Episcopo
 obtenta: cum hoc tamen observo quod
 in Religionibus in quibus receptum
 est quoddam Privilegium Julij III. ab-
 solutio Sacramentalis data à Religio-
 sis absq; suorum Superiorum licentia
 quàmvis ab Ordinario loci vel ejus Vi-
 cario approbata, esset invalida & nul-
 la *Lozana ver. Confessarius Regularis.*
 V. Pro complemento quæstionis ad-
 huc peto: an duo Sacerdotes Regula-
 res, quorum neuter est Confessarius
 Fratrum, nec ab Episcopo approbatus,
 si sint simul itinerantes, possint se in-
 vicem absolvere Sacramentaliter?
 S. Censeo posse (quando mittuntur à
 Superiore qui potest cum sua licentia
 facere Confessores Fratrum) nam Pro-
 latus dans licentiam seu transmittens
 ejusmodi Sacerdotes suos simplices ad
 peragendum aliquod negotium extra
 septa, censetur illis omnia dare, quæ
 ad tale iter necessaria sunt, & præci-
 pue quo ad Sacramentum Pœnitentiæ,
 non

non
 vere
 facti
 senti
 ablo
 V. Q
 de p
 S. Ip
 sup
 senti
 dice
 meu
 nun
 refe
 mer

De

Vic

ros

mo

tio

non

non poterunt tamen se invicem absol-
vere à Casibus reservatis, nisi fortè id
facerent per ratihabitionem de præ-
senti, quam sufficere ad validè & licitè
absolvendum ait *Syl. ver. Confess. Q. 6.*
U. Quid intelligis per Ratihabitionem
de presenti.

S. Ipsum consensum interpretativum
superioris: itaq; Ratihabitione de præ-
senti tunc erit, quando rationabiliter
dicere poterit Confessarius, scio quòd
meus Prælatus sit contentus ut ego
nunc absolvam hunc pœnitentem à
reservatis, & hoc per ea, quæ ex ipsius
mente cognovi &c.

QUÆSTIO XXIX.

*De Absolutione Sacramentali in Pericu-
lo vel Articulo Mortis.*

Vicar. **D**Um recordor illius textus
Sacrae Scripturae *super eg-
ros manus imponent & benè habebunt,*
moveor ad quærendum, an in Absolu-
tione Sacramentali sit necessaria ma-
nûs